




M. TULLII
CICERONIS

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1121

Tragopogon *Barb.*

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1121

210

Questi libri di Cicerone sono postillati da
due mani; la serie più numerosa di postille
è di mano del ~~chiaro~~ Pietro Galland, autore
delle Osservazioni sulle istituzioni di Quintiliano.

A Monsieur Bréal

Ce livre qui est arrivé en Italie de
la France je désire qu'il rentre en
France, en passant par les mains
du philologue français le plus digne
de le posséder.

Angelo DeFebernati

Florence, 30 octobre 1879.



M. Tul. Ciceronis de
OPTIMO GENERE ORATORVM.



PARISIIS;
Apud Ioannem Lodoicum Tiletanum,
ex aduerso Collegij Remensis.

1 5 4 0.

Argumentum Petri Gattandii viri eruditissimi.

Superius Ciceronis est in hoc Libello distinctum et perfecta eloquentia,
quod expressit quantum mortalium nullus Demosthenes, nec in hoc
et in aliis aliis dicendi genere consistere, ut qui prope, elegant, et summate,
inter repa, ornatum et gravitatem dicitur, et hinc dicendum sit.
Vocem qui pro rei natura, pariter orationis, et hinc qui tractant
varietate, modo tenet, subtilis et elegans, modo suavis, ornatus et
simpliciter, modo etiam amplius amplius, variis, repa et ardentibus,
aut fortis dicendo docere, delectare et perconvellere possit. Itaque
quoniam existerint qui in singulis generibus feliciter versantur
negat eos tam distinctos perfectos oratores fuisse, nisi similia
subtilis, magna gravitas, et mediocria temperate sint coniuncta.
quibus dicendi formis qui inter se tamquam per, magis et
minus differant, ut quare, ut bene ab his, sed voluti homo
ab homine solo numero differre. Quamobrem merito statim
hinc similitudine qua poetarum et oratorum conferantur,
a differentibus reunt, in poematum varia genera, materia,
dispositione, ac tractatione, hoc est, specie differant.



PARISIIS,
Apud Joannem Ludovicum Tillemannum
ex officina Collegij Rectoris.

M. TVL. CICERONIS DE OPTIMO
GENERE ORATORVM.

3



Ratorum Genera esse dicuntur tanquam poë-
tarum. Id secus est, nam alterum est multiplex.
Poëmatis enim Tragici, Comici, Epici, Melici
etiã ac Dithyrambici, quod magis est tractatũ
à Latinis, suũ quoduis est diuersum à reliquis.

Itaque & in Tragœdia comicum uitiosum est, & in comœdia
turpe tragicum. Et in cæteris suus est cuiusque certus sonus, &
quædam intelligentibus nota uox. Oratorum autem si quis ita
numerat plura genera, ut alios grãdeis aut graueis. aut copio-
sos: alios tenuis, aut subtileis aut breueis, alios eis interiectos,
& tãquam medios putet, ^{de hominibus dicet aliquid, de re pa-}
rum. In re enim quod optimum sit quæritur, in homine dicitur
quod est. Itaque licet dicere & Ennium summum Epicum poë-
tam, si cui ita uidetur, & Pacuuium Tragicum, & Cæcilium
fortasse Comicum. Oratorem genere non diuido, perfectum
enim quæro. Vnum est autem genus perfecti, à quo qui absunt,
non genere differunt, ut ab Accio Terentius, sed in eodem non
sunt pares. Optimus est enim orator, qui dicendo animos au-
dientium & docet & delectat & permouet. Docere, debitum
est. delectare, honorariũ: permouere, necessariũ. Hæc ut alius
melius quàm alius concedendum est: uerum id fit non genere,
sed gradũ. Optimum quidem unum est, & proximum quod ei
simillimum, ex quo perspicuum est, quod optimo dissimillimum
sit, id esse deterrimum. Nam quoniam eloquentia constat ex
uerbis & sententijs, perficiendum est, ut pure & emendate
loquentes, quod est latine, uerborum præterea & priorũ,
& translatorũ elegantiam persequamur. In proprijs, ut aptis-

sima eligamus: in translatis, ut similitudinem secuti uerecundè
 utamur alienis. Sententiarū autē totidē genera sunt, quot dixi-
 mus esse laudū. Sunt enim docēdi, acutæ: delectadi, quasi argu-
 tæ: cōmouēdi, graues. Sed & uerborū est structura quēdā du-
 as res efficiēs, numerū & lenitatē. & sententiæ suā cōpositio-
 nem habent ad probandam rem accommodatū ordinē. sed
 earum omnium rerum, ut ædificiorum, memoria est quasi fun-
 damentum, lumen actio. Ea igitur omnia in quo summa, erit
 orator peritissimus: in quo media, mediocris: in quo minima, de-
 terrimus. Et appellātur omnes oratores, ut pictores appellan-
 tur etiam mali: nec generibus inter sese, sed facultatibus disse-
 rent. Itaq; nemo est orator qui se Demosthenis similē esse no-
 lit: at Menander Homeri noluit. Genus enim erat aliud, id non
 est in oratoribus: aut etiā si est, ut alius grauitatē sequens, sub-
 tilitatem fugiat: contrā, alius acutiorem se quā ornatiorem
 uelit: etiam si est in genere tolerabili, certē non est in optimo:
 siquidē quod omnes laudes habet, id est optimū. Hæc dixi bre-
 uius equidem quā res petebat, sed ad id quod agimus, nō fuit
 dicendum pluribus. Vnum enim cum sit genus, id quale sit,
 quærimus. Est autē tale, quale floruit Athenis, ex quo Attico-
 rum oratorum ipsa uis ignota est, nota gloria. Nam alterum
 multi uiderunt, uitiosi nihil apud eos: alterum pauci, laudabi-
 lia esse multa. Est enim uitiosum in sententia, si quid absurdū,
 aut alienum, aut non acutum, aut subinsulsum est. In uerbis, si
 inquinatum, si abiectum, si non aptum, si durum, si longe peti-
 tum. Hæc uitauerunt fere omnes, qui aut Attici numerantur,
 aut dicunt attice, sed quatenus ualuerūt, sani & sicci duraxat
 habeantur, sed ita ut palæstrice spātiari in Xysto liceat, non
 ab Olympiis coronam petant. Qui cum careant omni uitio,
 non sunt cōtenti quasi bona ualitudine, sed uires, lacertos, san-

ut apta, sunt in satisfactionem accommodata, ut
si non tribuitur verbum dignum, ut magnificatio
et super eo liberalitate: ut si adhibeat
impropiam, ut offerunt pro magnificatio,
pietate pro misericordia, et modestia pro
modestia.
Si durum.
Dura sunt ut accepta et appropinquata
et subsecutio, ut sunt beatitudo, progenitura,
materie.

guinem quærent, quandam etiam suauitatem coloris: eos imitemur, si possumus: sin minus, illos potius, qui incorrupta sanitate sunt. quod est proprium Atticorum, quam eos, quorum uitiosa abundantia est, quales Asia multos tulit. Quod cum faciemus, si modo id ipsum assequemur (est enim permagnum) imitemur si poterimus, Lysiam, & eius quidem tenuitatem potissimum. Est enim multis in locis grandior, sed quia & priuata ille plerasque, & eas ipsas alijs, & paruarum rerum caussulas scripsit, uidetur esse ieiunior, quoniam se ipse consulto ad minorum genera caussarum limauerit. Quod qui ita faciet, ut si cupiat uberius esse non possit, habeatur sane orator, sed de minoribus: magno autem oratori etiam illo modo sæpe dicendum est in tali genere caussarum. Ita fit, ut Demosthenes certe possit summis dicere, elatè Lysias fortasse non possit. Sed si eodem modo putant exercitu in foro, & in omnibus templis, quæ circum forum sunt, collocato, dici pro Milone decuisse, ut si de re priuata ad unum iudicem diceremus, uim eloquentiæ suæ facultate, non rei natura metiuntur. Quare quoniam nonnullorum sermo iam increbuit partim seipsos Attice dicere, partim neminem nostrum dicere, alteros negligamus: satis enim his res ipsa respondet, cum aut non adhibeantur ad caussas, aut adhibiti derideantur: nam si arrideantur, esset id ipsum Atticorum. Sed qui dici à nobis Attico more nolunt, ipsi autem se non oratores esse profitentur, si teretes aures habent, intelligensque iudicium, tanquam ad picturam probandam, adhibentur etiam inscium faciendi cum aliqua solertia iudicandi. Sin autem intelligentiam ponunt in audiendi fastidio, neque eos quicquam excelsum magnificumque delectat, dicant se subtile quiddam & politum uelle, graue ornatumque continere: id uero desinant dicere, qui subtiliter dicunt, eos solos attice dicere, id est, quasi sicce

quia quæ grandis atque
statim diuice fortant
et felicitate successu mult.
in publicis quæ requirunt
magna eloquentia.

offendit et amplius quod diffini
sit fortitudo et caussas.

quæ prout magna est
aut parua, parua aut
maior eloquentia
requirit.

et rursus ita dicitur et id quæ
sunt aut dicta.

ab ostentis et eloquentibus
refertur. et in iudicio prout
inducuntur.

teretes.
id est, politas, perfectas, quæ
appetit et omnia respondent
et oratione unum oratorem
et per seipsum non vult
et fortitudo autem: per se
sunt, graue dedit et fortitudo
in se Logy.

παράδειγμα discriminatio

in seipsum
et fortitudo.

GENERE ORAT.

78

reat etiam a suspitione eius, quæ uersatur in re civili & foren-
si: qui Thucydidem laudauit, ascribat suæ nostræ sententiæ.

Quin ipsum Isocratem, quem diuinus auctor Plato suum fere
æqualem admirabiliter in Phædro laudari fecit a Socrate,
quæque omnes docti summū oratorē esse dixerunt: tamen hunc
in numero non repono. Non enim in acie uersatur & ferro,
quasi rudibus eius eludit oratio. A me autem, ut cum maximis
minima conferam, gladiatorum par nobilissimū inducitur, Ae-
schines tanquam Aeserninus (ut ait Lucilius)

Non spurcus homo, sed doctus & acer,
Cum Pacideiano hic componitur, optimus longe.

Post homines natos. Nihil enim illo oratore arbitror co-
gitari posse diuinius. Huic labori nostro duo genera repre-
hensorum opponuntur: unum hoc, Verum melius Græci, a quo
quærat, Ecquid possint ipsi melius latine? alterum, quid istas
potius legam, quàm græcas? Iidem Andriam & Synephebos,
nec minus Terentium & Cæcilium, quàm Menandrum legunt:
nec Andromacham aut Antiopam aut Epigonos latinos reci-
piant, sed tamen Ennium, & Pacuuium, & Accium potius
quàm Euripidem & Sophoclem legunt. Quod igitur est eorū
in orationibus a Græco conuersis fastidium, nullum cum sit in
uersibus? Sed aggrediamur iā quod suscepimus, si prius expo-
suerimus, quæ causa in iudicium deducta sit. Quum esset lex
Athenis, ne quis populi scitum faceret, ut quisquam corona do-
naretur in magistratu prius, quàm rationes retulisset: & alte-
ra lex, eos qui a populo donaretur, in concione donari debere,
quia in Senatu Demosthenes curator muris reficiendis fuit, eos-
que refecit pecunia sua. de hoc igitur Ctesiphon scitum fecit,
nullis ab ipso rationibus relatis, ut corona aurea donaretur,
eaq; donatio fieret in theatro, populo conuocato, qui locus non

eius
de quibus quæ est perfecti
oratoris.
de hoc genere
laudari.

Oratoris uerba de Isocrate
de Phædro Platone, de Socrate
ad Socratem.

rudibus.
id est, uirgibus quibus gladiatores
ut agerentur lib de fatis
donabant, et oratoris rursus
fuit se uocabant: fatis
superioribus.

et semper rursus paradiamo, et lib
retra harrum, prouocant de lib
qui sunt acie, andronia atq; am
potinaria parat.

de exemplis uir a minori
dimentibus.

epitome

de quibus a minori
quæ ista uerba
quæ et istis uerbis acie omni
et de finibus bonorum et
malorum.

de offit perma publica, et
hanc et de bonis contra pri-
Epitome.

est concionis legitima. atq; ita prædicaretur, eum donari uir-
 tutis ergo, beneuolentieque, quam erga populum Atheniensem
 haberet. Hunc igitur Ctesiphontē in iudiciū adduxit Aeschines,
 quod contra leges scripsisset, ut & rationibus non relatis
 corona donaretur, & ut in theatro, & quod de uirtute eius,
 & beniuolentia, falsa scripsisset, quoniam Demosthenes nec
 uir bonus esset, nec benemeritus de ciuitate. Causa ipsa ab-
 horret illa quidem formula consuetudinis nostræ, sed est ma-
 gna. Habet enim & legum interpretationem satis acutam in
 utramque partem, & meritorum in Rempub. contentione sa-
 nè grauem. Itaque causa fuit Aeschini, quoniam ipse à De-
 mosthene esset capitis accusatus, quod legationem euentitus
 esset, ut ulciscendi inimici causa nomine Ctesiphontis iudiciū
 fieret de factis famaue Demosthenis. Non enim tam multa
 dixit de rationibus non relatis, quam de eo quod ciuis impro-
 bus, ut optimus laudatus esset. Hanc multā Aeschines à Ctesi-
 phonte petiit quadriennio ante Philippi Macedonis mortem:
 sed iudicium factum est aliquot annis post, Alexandro iam
 Asiam tenente, ad quod iudiciū concursus dicitur è tota Græ-
 cia factus esse. Quid enim aut tam uisendum, aut audiendum
 fuit, quam summorum oratorum in grauißima causa, accura-
 ta, & inimicitiiß incensa contentio? Quorum ego orationes si,
 ut spero, ita expressero, uirtutibus utens illorum omnibus, id
 est, sententiis, & earum figuris, & rerum ordine, uerba per-
 sequens eatenus, ut ea non abhorreant à more nostro, quæ si è
 Græcis omnia conuersa non erunt, tamen ut generis eiusdem
 sint, et laborauimus, erit regula, ad quam eorū dirigantur ora-
 tiones, qui Atticè uolunt dicere. Sed de nobis satis. Aliquando
 enim Aeschinem ipsum latinè dicentem audiamus.

+ quia ut ait quintilianus lib. 2.
 de primis apud grecos oratoribus
 fionibus, apud grecos legum labor
 ad iudiciū uocabatur, et cum uir
 pro rationibus suadet et
 dissuadet iudicib. fuit.

satis acutam.
 1. de uirtutibus, ut dicitur, ut dicitur
 pro scripto. Standus sit, dicitur
 pro scripto. Interpretatione
 et uirtutibus laborib.

Capit. de solo de uita, sed
 statu otia uirtutibus intelligit.

Asiam
 nos solo gæcia. eo tempore
 quo gæcia fuit dicitur perdidit
 demosthenes, quæ gæcia
 potest de fuitur esset.

generis eiusdem.
 de quo oportet quædam, ut
 fionibus apud grecos, cum
 propter generis essent apud latinos.
 regula
 in etaphora à fabrib.

ENARRATIONES IN CIC. DE

optimo genere oratorum, per Leodegarium

à Quercu Rothomageum.

ARGVMENTVM LIB. TOTIVS.

Oëtarum genera cum diuersa sint, non sunt tamen di-
P uersa oratorū. Quanquam enim alij grandes, alij me-
dij, alij tenues, re sanè nō differunt, sed facultate. Nam
in re quid optimum sit quæritur, in homine, quod est dicitur.
Poëtas porrò diuidere possis, oratorem (si optimum quæras)
non possis: à quo qui absunt, genere non differunt sed faculta-
te. Ab officijs qui sit optimus orator docet, deinde ab eloquen-
tiæ partibus, inuentione, dispositione, elocutione, memoria, pro-
nūciatione. Quas qui affecutus sit, omni laude est cumulatus.
Et quantum ab his quisque absit, tantum ab optimo remoue-
tur. Cæterum ut exemplo quale sit genus optimum oratorum
describat, ait esse quale floruit Athenis, à quo attici sunt ora-
tores nominati. Quorum gloriam omnes, uim pauci norunt.
Nam cum omnes nihil absurdum, nihil insulsum, nihil insuaue
dicere, atticum esse dicant, alij tamen in hoc genere sani sunt
duntaxat & sicci, qui fortè sub umbraculis uelitari possint,
non tamen in publicis certaminibus dimicare: alij non conten-
ti bona ualetudine, uires & sanguinē habent, quos imitari de-
bemus. nō tamen ut redundantes simus, quales Asiatici: in prio-
ri genere imitemur Lysiam, qui studio ieiunior est ob minutas
quas tractabat clausulas. nec ita demum optimi oratores eua-
demus, sed tenuissimi. Quanquam in paruis ita causis magnus

ANNOTATIONES

interdum orator dicat, at in magnis (ut pro Milone) secus. Qua ratione ieiunos hos qui solos se Atticos dicunt mittendos suadet, quos subtile genus tantum delectat non graue & magnificū. Porro cum optimi sint oratores Attici, eorumque princeps Demosthenes, is certè optime dicet & atticè. Cuius orationem & Aeschinis, latinam Cicero fecit, ut quomodo atticè dicendum sit latini discant, ac uelut in rem præsentem deducantur. Verum alii quoque sunt qui Thucydidem imitantur, cum historicus ab oratore differat. Ad postremum, argumentum orationum Aeschinis & Demosthenis perscribit, ut ad intelligentiam orationum lectorem præparet.

Scopus est (ut prauos quosdam sui temporis Atticos, à quibus exagitabatur tanquam Asianus & tumidus, qui ieiunitatem orationis affectabant, idque Atticum esse aiebant, cōuincat) quod Atticè dicere, sit optimè dicere, idque fiat docendo, delectando, mouendo: & si grandia magnificè, mediocria temperatè, tenuia subtiliter dicantur. Cæterum hoc opusculum est præfatio in illas Demosthenis & Aeschinis orationes à Cicero Latinas factas, quæ tamen desiderantur.

Oratorum genera

Orditur à redargutione Cacozelorum, qui optimorum & perfectissimorum

annotationes Petri Gallani oratorum plura genera ponebant. *eosq; inter se, veluti poemata, specie distinctos putabant.*

Poëmatis

Distributio poematum: Est autem poema opus poetæ, hoc est figmentum

Tragici

A tragœdia nomen habet: ut comici à comœdia. Porro Tragœdia est genus poematis grande, in quo heroes introducuntur, reges, duces, item luctus, exilia, cædes: In hac tristis exitus, & liberorum fortunarumq; priorum in peius agnitio. Comœdia huic diuersa est.

*Comœdia fabula est, cuiuslibet ar-
bitrio, non ad aspectum rationis,
quodq; in vita sit, ut sit, quod nuda
imitatio dicitur. dicitur à com-
muni. hoc initia sunt fabulæ
tragicæ, et oritur luctus.
Tragœdia nuda est, non facta,
describitur funesta horum et
principia facta, et exilia et
reges. dicitur à trag-
os, quod dabitur in præsentia rationibus.
Tragœdia, tragœdia q; tragœdia
videtur rationis ob hanc. videtur à
trō, quod dicitur à foribus, quibus ora
percutiebant. id est, quod tragœdia
quod dicitur in rationibus, dicitur, et
planities videtur poemata descripta,
quod rationes agerentur per metri
feribus ora.*

Epici

Aemula ne starent carmina nostra tuis.

In comœdia turpe tragicum. Horatius,

Singula quæque locum teneant sortita decenter

Licet tria sint genera dicendi, (sublime quod ualet ad mouendum, medium quod ad delectandum, subtile quod ad dicendum,) quæ ratione distinguuntur, nō tamen licebit oratores ut genera diuidere si optimos quærimus. Qui enim optimi sunt dicendo tribus florent, ut Demosthenes & Cicero: Illi autem qui uno genere sunt contenti, tolerabiles quidem sunt, sed remotissimi à summis.

Grandes

Eos uocat grandiloquos in oratore ad Brutum, qui cum ampla sententiarum gravitate & uerborum maiestate, uehementes, uarij, graues, ad permouendos animos & conuertendos instructi sunt. Tenuēs ibidem uocat acutos, omnia docentes, & dilucidiora non ampliora facientes, subtili quadam & pressa oratione limatos. Interiectos, uocat intermedios, & quasi temperatos, nec acumine posteriorū nec fulmine superiorum utentes.

Ennius

Hic fuit ingenio maximus, arte rudis

Расшииит

Antiopa, erumnis cor luctificabile fulta.

tium Cic. frequenter citat, quem multi Plauto & Terentio anteponunt.

ANNOTATIONES

Olympia fiebant in honorem Iouis apud Pisam & Elidem. Sunt autē olympia certamina gymnica quinto quoque anno celebrata. In olympijs uictores donabantur corona oleagina, ut in nemeis certaminib. corona pinea: in isthmijs, corona ex apio: in pithijs diademate laureo. hæc enim decantatissima fuerunt quatuor certamina in Græcia.

Limauerit

Id est exercuerit & extenuauerit. metaphora ducta à fabris.

Eas ipsas alijs

Quoniam Athenis prohibitum fuit adhibere ad causas oratorē, Lysias uendebat egentibus clientibus & reis suas orationes, qui & Socrati dare unam uoluit.

Exercitu in foro

Cum agenda causa Milonis esset, Pompeius consul habito militum defectu, ex tota Italia, in foro, & circa fori aditus omnes, disposuit præsidia, ipse ad ærarium consedit stipatus militibus.

In templis quæ circum forum sunt

In foro Romano quod est inter capitolium & palatium sunt rostra & ædes Saturni, Castoris, Pollucis: in foro Cæsaris, templum Veneris: in foro Augusti templum Martis: in foro boario templum Herculis.

Derideantur, nam si arrideantur

Lepidissima sanè paronomasia. Teretes aures

Eas uocamus perfectas, quoniam rotunda figura est perfectissima, & capacissima:

Vnde & Virgilius uirum probatum uocat rotundum hoc carmine,

Securus, mundi instar habens, teres, atque rotundus.

Tanquam ad picturam probandam

Sensus est: digni essent qui admitterentur ad iudicandū si quid iudicij haberent.

Alludit ad consuetudinē Apellis pictoris qui in Pergula proponebat tabulas suas prætereuntibus ut (rēro latitans) audiret quænam essent de his iudicia.

In audiendi fastidio

Quia fastidiunt nos grauius & magnifice dicentes,

Idcirco

Idcirco, hic pro quare ponitur. Si sicce & integrè:

De hac re in oratore perfecto ad Brutum, loquitur in initio,

Vtilem studiosis

Beneuolentiæ captatio ab officio laboris suscepti.

Appendere

Id est ponderare, id est, ut pondus & grauitatem seruarem.

Sed exorietur

Argumentum est à dissimili

ANNOTATIONES

At loquitur

Obiectio est eorum qui fauent Thucydidi: huic obiectiōi addit exemplum.

Apto ad docendum

Quæ omnia non sunt in Platone, qui huc nō admitteretur, ergo nec Thucydides.

Is abhorreat etiā

Legendum putarim, isq; abhorreat.

Dicturum esse

Putauimus particulam se adijci debere, quam nulli codices habebant.

Suspitione eius quæ

Legendum est qui

Qui Thucydidio

sensus est, si quis ita tractare causas forenses uelit, ut ciuilem omnino facultatem remoueat, is Thucydidem imitetur, qui à re forensi remotus est, quanquam hac sine facultate esse orator non potest.

Isocratem

Argumentum à maiori ad minus, si orator, iudicio omnium summus Isocrates in hunc numerum non recipitur, ergo nec inferior eo Thucydides.

In Phædro

Verba Platonis quibus in Phædro Socrates Isocratem commendat sic transtulit Cicero, Adolefcens etiam nunc o Phædre Isocrates est, sed quid de illo augurer lubet dicere: quid tandem, inquit ille? maiori mihi ingenio uidetur esse, quàm ut cum orationibus Lysie comparetur. præterea ad nirtutem maior indoles: ut minime mirum futurum sit si cum ætate processerit, aut in hoc orationum genere, cui nunc studet, tantum quantum pueris, reliquis præstet omnibus, qui unquam orationes attigerunt: aut si contentus his non fuerit, diuino aliquo animi motu maiora concupiscat: inest enim natura philosophia in huius uiri mente quedam.

Quemque omnes

Cicero in Bruto scribit domum eius fuisse officinam eloquentiæ.

Et ferro quasi rudibus

sic lege, non enim in acie uersatur & ferro, sed quasi.

Rudibus

Id est uirgis, translatione ducta à rudiarijs gladiatoribus, qui rudibus in umbraculo apud lanistam dimicant, non ferro ut in iusta acie

Eludere

Eludere dicuntur gladiatores quando declinatione corporis aut alio modo uitant aduersarij petitionem.

ANNOTATIONES

Vt ait Lucilius

Lucilius libro quarto Satyrarum sic scripsit:

Eserninus fuit, flacco ore, una equidem acer,
Samnis, spurcus homo, uita illa dignus, locoq;

Cum Pacidiano componier, optimus multo

Post homines natos gladiator qui fuit unus.

Vide Caelium libro sexto, capite trigesimo tertio, aut recurre ad Erasmicam chilia-
das, ubi interpretatur adagium Eserninus cum Pacidiano: uide Crinitum libro
xix cap. ix. Vide de claris oratoribus. hos autem uersus nō perfecit Cicero quod
essent notissimi.

Post homines

Post homines natos, & post hominum memoriam, locutiones sunt lepidae, pro eo
quod crassius diceremus à constitutione mundi.

Verum melius Græcè

Verba sunt reprehensorum Ciceronis, qui Demosthenem & Aeschinem dicunt me-
lius loquutos Græcè, quàm Ciceronem latinè, in orationis uersione.

Iidem Andriam

Vide principium lib. primi de finibus bonorum & malorum, eadem enim fere ha-
bet: uide & primam academicam

Synephebos

Synephebi dicuntur compubescens, de quibus comœdiam scripsit Cæcilius.

Epigonos reiiciunt

In alijs omnibus codicibus legebatur recipiunt. putauit tamē esse legendū reiiciunt.

Andromacham

Andromacham & Antiopam Euripides scripsit, quas uertit Pacuuius, sunt autem
Tragœdiarum tituli.

Epigonos

Epigoni dicti sunt hi qui secundum bellum Thebanum confecerunt, nempe nepo-
tes ducum qui primo bello Thebano perierant. Etenim Græcè Epigoni dicuntur
posteriores, de his autem tragœdiam fecit Euripides græcam: Pacuuius latinam.

Nec minus Terentium

Argumentum à pari.

Sed tamen Ennium & Pacuuium

Putauimus delendam particulam tamen.

Sed aggrediamur

Transitio ad explicationem argumenti.

Cum esset lex Athenis

Argumentum orationum Demosthenis & Aeschinis, quod fusius à Libanio tracta-

Indicantur à Virili pugna
monstrata, & deinde de
hoc, de multis rebus amittitur
fabulans cuius ferit.

Antiope firi & deinde de
hoc, de qua parum est de
quod ferit, quod uocatur
post se appellat.

Epigoni posteriori dicitur et
post gentem, aut oves semini
belle & deinde de parentibus
multo & deinde de Euripide
de tragœdia fuit de & deinde
disceptatione, Latina facta
ab Attis. Sane rursus de
officiis ab his fuit magna
uere predictis prouinciarum
politam fuisse dicit.

ANNOTATIONES

tur. qui scribit cum magna ex parte muri Athenis essent diruti creatos fuisse decem curatores qui muros reficerent pecunia publica, ex quorum numero cum esset Demosthenes, murum refecit sua pecunia.

Prædicaretur

Id est, declararetur à præcone,

Ergo

Ergo hic pro causa sumitur.

Ipse à Demosthene esset capitis accusatus

Demosthenes Aeschinem accusavit, quod apud Philippum male obisset legationem, & Rempublicam prodidisset accepta pecunia à Philippo, fuit tamen absolutus Aeschines.

Hanc mulctam

Hæc mulcta erat quinquaginta talentorum: Talentum autem æquale sexcentis coronatis. de hac mulcta lege Demosthenem.

Non abhorrent à more nostro

Id est, non redolent phrasim Græcam, sed germanam latinam.